

1677 ottobre 20-21, Quinzano.

Visita pastorale del vescovo Marino Giovanni GIORGI (2).
Verbale e decreti.

Brescia - Archivio Vescovile: Visite Pastorali, reg. 54 (II Visita, Libro V), cc. 184v-189r.

Ediz.: inedito.

(*trascr.*: tc, 06.2010)

Die 20. Octobris 1677.

Illustrissimus etc. Peracta Visitatione ueteris Virole summo mane arripuit iter associatus *etc.*:
Quintinanum uersus, et in itinere obuam habuit *Dominum* Archipresbiterum cum multo
clero militijs cum uexillo aperto. Peruentus ad domum *Domini* Archipresbiteri deposuit
uestem breuem, et indutus longa sub baldachino processionaliter p̄cedente clero ad
Ecclesiam se contulit, ubi solitis omnibus functionibus adimpletis et concionis, et com-
munionis et misse¹ redijt domum post prandium uisitaturus.

{Quintiani}²

Die eadem:

Illustrissimus Interfuit *Doctrinę* Christianę plurimos Sacro Chrismate deliniuit Postea et iuxta
temporis oportunitatem uisitauit, et decreuit, ut sequitur³.

In Ecclesia Parochiali Quintiani sub inuocatione
SSanctorum martirum Faustini et Iouite.

Ad Altare maius.

Fiat conopeum pro Tabernaculo diuersorum colorum, quod inseruiat pro quolibet anni tempo-
re.

Sepiatur Cancellis lapideis, uel ferreis sicut, et relique Capelle laterales Ecclesię.

Ad Baptisterium.

Muniatur Sacrarium sera, et clauis. || [c. 185r]

Ad Altare Sancti Nicolai.

Palium ex corio resarciatur.

Ad Altare Sanctissimi Sacramenti.

Pro deferendo Sanctissimum Sacramentum ad infirmos tempore pluuiali prouideatur de alia
umbella.

Ad Altare Sancti Petri Martyris.

Ad Altare Sanctę Anne.

In Sacristia.

Firmetur cooperulum super Pyxide infirmorum, et crux parua super eodem, nec non proui-

¹ Corretto da «missi».

² Nel margine sin.

³ Nel margine sin: «Videatur Relatio infra folio 261.»

deatur de conopeolo.
Prouideatur quoque de noua continentia.

Pro schola *Sanctissimi Sacramenti*.

Patena inauretur.
Crumenis addantur cruces, ubi desunt.
Pro planeta rubei coloris prouideatur de manipulo consimili.
Planeta nigra reparetur, et pro planeta alba prouideatur de stola, et manipulo.
Missali nouus canon addatur.
Planetę fractę resarciantur.
Planeta festiua alba reparetur.

Pro seminario.

Cruces addantur crumenis.
In planeta diuersorum colorum ante pectus ponatur Crux.
Planeta uiridis coloris reparetur.
Albę fiant nouę manicę.
Nouus canon addatur missali. || [c. 185v]

Pro Capellania Sanctę Annę.

Cruces crumenis addantur.
Prouideatur de planeta nigri coloris.
et alia existens resarciatur.
Alię pariter planetę cum stolis, et manipulis restauratione indigentes restaurentur.
Prouideatur de peluicula.

Pro Capellania Sanctę Crucis.

Cruces crumenis addantur.
et missali missę nouę.
Ostiolum fenestellę, in qua seruantur sacrę reliquię uestiatur intus panno serico consimili.

In oratorio SSanctorum Bernardi et Martini.

Calix, et patena inaurentur.
Crumena nigra comparetur⁴:
Addantur cruces crumenis illas indigentibus.
De stola, et manipulo uiolacei coloris prouideatur.
Planetę albę resarciantur, pro nunc autem interdicuntur
Cęteri manipuli, et stolę reparentur.

In oratorio Sanctę Marię de corte Emilia.
noncupato Balgarossa.

In sacristia.

Patena inauretur.
Manipuli restauratione indigentes restaurentur.
In missali canon renouetur.
et missę {nouę}⁵ Sanctorum⁶ addantur. || [c. 186r]

⁴ Scil.: "comparetur".

⁵ Nell'interlinea.

⁶ Segue «nouorum», cancellato.

In oratorio *Disciplinatorum Sancti Rocchi*.

Ad Altare *Sancti Firmi*.
et Ad Altare *Beate Marię Virginis*.

Prouideatur de stragula pro illis cooperiendis.

In Sacristia.

Cruces crumenis addantur.
Missale pro defunctis comparetur.
Albę indigentes restauratione restaurentur.

In Ecclesia *Sancti Ioseph*.

Ad Altare maius.

De palio, et puluaribus ex corio aureato⁷ *prouideatur*.

Ad Altare *SSanctissimi Nominis Iesu*?

Pageņ *secretorum* et initij *Sancti Euangelij 2um Ioannem* comparentur.

In Sacristia.

Patena inauretur.
Cruces crumenis addantur.
De planeta, stola, et manipulo nigri coloris *prouideatur*.
Planetę feriales resarciantur.
In missali, nouus canon addatur:

In Oratorio *Oblatarum SSanctissimi Sacramenti*.

Calix inauretur.

In Ecclesia *Beate Marię Virginis Plebis olim Parochiali*.

In Sacristia.

Crumenis cruces addantur, ubi non extant.
Planeta ex damaschetto albo interdicitur.
Planeta rubea simplex et alba cum stola et manipulo resarciatur. || [c. 186v]

Ad ianuam ponatur uas lapideum pro aqua benedicta.

In Ecclesia *Sanctę Marię in contrata Castelletti*.
iuris *Illustrissimi Domini Pauli Martinenghi*

Ad Altare.

De tela pro *Icone* cooperiando *prouideatur*.
Pagina *Secretorum* comparetur.
De planeta, et crumena nigri coloris *prouideatur*.
Cruces crumenis addantur.
Manipuli indigentes restauratione restaurentur.
Alba interdicitur. Alię duę resarciantur.
De peluicula pro ampullis *prouideatur*.
Fenestrę *Ecclesię* uitris muniantur, ubi opus est.

⁷ *Scil.*: "aurato".

In oratorio Sanctę Marię de rosa in contrata montechij

Calix, et patena inaurentur.

Crumena rubea uiridis, et nigra comparentur

Planeta nigra resarciatur.

Misse {noue}⁸ Sanctorum⁹ missali addantur.

Pro cooperiando altari de noua stragula prouideatur.

Alia decreta

DDomini de Planerijs adimpleant obligationem, quam habent faciendi celebrare unam missam qualibet hebdomada ad Altare Sancti Siluestri tam pro preterito, quam in futurum.

Dominus Archipresbiter se informet circa legata relicta oratorio Sancti Rocchi cum hac conditione, quod erogentur in remedium || [c. 187r] animarum testatorum, et ad nos referat precisam formulam uerborum, quibus sunt expressa, et quomodo adimpleantur.

Dominus Archipresbiter se informet, quot percipiuntur redditus ex bonis legatis a quondam Baptista mazolano, et quomodo legatum adimpleatur.

Disciplinati Sancti Bernardi adimpleant onus, quod habent dispensandi farinam pauperibus iuxta eorum obligationem.

Dominus Archipresbiter, item admoneat eosdem, ut fructus, quos percipiunt ex bonis ipsis legatis, ut impendantur in usus pios, et elemosinas, illos impendant iuxta eorum obligationem.

et ne ijdem Disciplinati suam onerent conscientiam omitendo celebrationem officiorum ad quam tenentur Dominus Archipresbiter quoque illos efficaciter admoneat, ut omne adhibeant diligentiam in perquirendis scripturis, ut dilucidari possit quenam sit eorum obligatio.

Dominus Archipresbiter agat uia iuris contra Dominos de Madijs debitores annui liuelli librarum sex planetarum; ne Ecclesia amittat iura sua.

Omnes reductiones missarum, que factę sunt ad tempus limitatum, si hoc sit iam elapsum, exhibeantur, ut uidere possimus, an sint confirmandę, et Regentes Scholarum coram Nobis exhibeant illas, quas iudicant indigere aliqua moderatione, et illos admonemus, quod non debent in hac materia se ingerere propria auctoritate illas diminuendo.

Diebus festiuis ut populus commoditatem habeat audiendi Sacrum Capellani omnes huius Parochialis celebrent per turnum iuxta tabellam conficiendam a Domino Archipresbitero, qui etiam omni studio curet, ut diebus feriatis missa celebretur in aurora seruato etiam in reliquis aliquo ordine, ut populus ad illas audiendas || [c. 187v] interuenire possit.

Capellani celebrantes in oratorio Sancti Ioseph sacrum faciant debito interposito interuallo inter unum et aliud¹⁰, datoque signo campanę, ut populus accedere possit sub dispositione tamen Domini Archipresbiteri, et ad formam nostrarum Constitutionum.

Dominus Franciscus Cirimbellus, qui tenetur sacrum facere in oratorio eodem pro rata fructuum, qui percipiuntur ex bonis relictis a quondam Domino Iulio Paduano, celebret tam diebus feriatis quam festiuis, habita ratione numeri missarum, et si aliquid habet in contrarium Nos informet.

Regentes scholarum agant contra debitores negligentes uiaque iuris illos compellant ad soluendum.

Fiant inuentaria Sacre Suppellectilis in scholis et oratorijs ubi confecta non sunt.¹¹

Regentes montis pietatis exigant milium, et siliginem ab omnibus debitoribus, et precipue a

⁸ Nell'interlinea.

⁹ Segue «nouorum», cancellato.

¹⁰ Corretto forse da «una et alia».

¹¹ Segue una riga interamente cancellata (incomprensibile).

massarijs, qui a superioribus annis inclusiue usque hodie huiusmodi onus exercuerunt:¹² si uero debitores negligentes uel renitentes fuerint elapso bimestre, Archipresbiter illos ad sacramenta non admittat.

et quia communitas habuit salmas sexaginta milij ad dictum montem spectantis, eius Regentes illud quam primum restituendum¹³ curent uel saltem infra bimeste prædictum.

Confratres scholarum, et Disciplinati seruent regulas eisdem adscriptas tam in administratione bonorum quam in celebratione officiorum pro defunctis. Vltorius singulis annis Regentes eligantur, et dati et {accepti rationes per massarios seu alios obligatos reddi faciant in presentia Domini Archipresbiteri, qui ut id ab omnibus adimpleatur omni studio curare debet.}¹⁴

Habeantur congregationes spirituales iuxta regulas a Nobis præscriptas

Sacerdotes, qui tenentur celebrare tot missas quot sunt fructus, qui percipiuntur ex bonis illis ad talem effectum a scholis uel Oratorijs assignatis reddant singulis annis rationem tam fructuum perceptorum quam missarum ab ipsis celebratarum eorum Vicarijs foraneis, qui in sua relatione postea teneantur, ad nos referre fuisse hoc decretum executum. || [c. 188r]

Decreta præcedentis uisitationis aut alia de causa edita, nondumque [?] executi, dummodo non {in effectu [?]}¹⁵ {sint præsentibus contraria exequantur.}¹⁶

Vocati Regentes Scholę Sanctissimi Sacramenti comparuerunt Nobilis Dominus Ioannes Paulus Martinenghus, et Dominus Gabriel Cirimbellus sindici Dominus Scipio Gandinus consiliarius, qui interrogati cum iuramento tactis responderunt renouari officia singulis annis, teneri libros dati, et accepti, reddi rationes in presentia Domini Archipresbiteri. Thesaurarios satisfecisse pro administratione ab ipsis gesta: quoad redditus, et onera sese remittere instructioni dicti Domini Archipresbiteri, existere aliqua legata nondum executi non tamen esse difficilis exactionis: Varios debitores reperiri censuum liuellorum et afflictuum in totum pro summa scutorum quinquaginta¹⁷ habere inuentaria sacrę supellectilis.

nullos superesse redditus in fine anni nulla inconuenientia {reperiri}¹⁸ quod sciant: Reuerendos celebrantes se describere in libro non habere tabellam onerum.

Dictum etiam fuit existere quemdam montem salmarum 150 milij pro maiori parte, et siliginis præter aliquas partitas aliquas, inter quas una est communitatis salmarum 60 nullam in restitutione grani¹⁹ mutuo dati recipi recognitionem onus tantum imbotati exigi, in reliquis bene regi Libros scholę reperiri modo penes Dominum Peliparium Camerę Ducalis rationatorem:

Vocati Regentes Scholę Sanctissimi Rosarij²⁰, et Sancti Rocchi comparuerunt Dominus Gabriel Zopettus {Prior}²¹ et Dominus Andreas Soras²² Sindicus, qui interrogati cum iuramento Responderunt: renouari officia singulis annis, teneri libros dati et accepti, rationes elapsis temporibus redditas fuisse coram Domino Archipresbitero, nulla reperiri legata inexecuta || [c. 188v] quorum redditus, et onera se remittere instructioni Domini

¹² Seguono quattro parole cancellate (incomprendibili).

¹³ Corretto forse da «restituendo».

¹⁴ Nel margine sin.

¹⁵ Nell'interlinea inferiore.

¹⁶ Nel margine sin.

¹⁷ Corretto da «quinge».

¹⁸ Nell'interlinea.

¹⁹ Corretto da altra parola.

²⁰ Corretto forse da «Sacramenti».

²¹ Nell'interlinea.

²² Scil.: «Sora».

Archipresbiteri nesire, quod inuentarium sit confectum sacre supellectilis, nullos in fine anni superesse redditus nulla inconuenient<i>a</i> reperiri, circa quandam missam cupere alloqui Illustrissimam Dominationem Suam, Libros reperiri modo penes Dominum Peliparium supra nominatum: et illo medio debitores negligentes adstingi; Tabellam onerum non esse completam; celebrantes se describere in libro.

Vocati Regentes Disciplinatorum Sancti Bernardi Comparuerunt Ser Petrus Visarus Prior, Ser Carolus Gandalea Subprior et Ser Nicolaus Zau²³ [?] confrater, qui interrogati eorum iuramento tactis Responderunt renouari officia, teneri libros dati et accepti, reddi rationes in presentia regentium communitatis iuxta morem antiquamque consuetudinem, non habere legata inexecuta habere de reddito circa 80 scuta, que percipiuntur ex bonis stabilibus, item alia sex ex sorte censuaria – item salmas duodecim tritici et tres siliginis, onera esse nempe salarium Reuerendo Patri²⁴ Concionatori, elemosinam pro tribus officijs celebrandis pro defunctis, quorum unum est ex legato relicto a quondam Fratino, onera publica, salaria pro regentibus oratorij: unum prandium et alia duo ientacula omnibus confratribus, oleum pro lampada, Sacram supellectilem, ceram aliaque: granum predictum reductum in farinam, aut panem ter distribui singulis annis, quam distributionem putant esse iuris liberi non ex debito: habere inuentarium Sacre supellectilis, nullos superesse redditus, reperiri aliquos || [c. 189r] debitores negligentes in soluendo id quod debent, nescire an ulla inconuenientia reperiantur, ascendere confratres ad numerum circa 15. se induere ueste alba, et recitare diebus festis officium Beatę Marię Virginis, et aliquando officium pro defunctis.

²³ Forse corretto da «Zao» (per «Zò»).

²⁴ Segue una parola cancellata.